


BARLANDUS — 1536









674/A

HVBERTI BARLANDI PHILIATRII

epiſtola medica, de aquarum deſtillatarum facultatibus, De Adriani Ælij Barlandi mortis genere, hacque occaſione, multa obiter de fluxuum ventris, & hęmorrhoidum generibus, inter quæ enucleatur Pauli Æginetæ caput de Hęmorrhoidibus, eruditiſſimis etiam viris non ſatis intellectum ad clariſſ. medicinæ doctorē M. Petrum Morbecanum phyſicum Antuerpianum.

ANTVERPIÆ
apud Ioannem Steelſium
Anno. 1536.
In ſcuto Burgundiæ.



HVBERTI BARLANDI Philiatrij epiſtola medica.



D octauum idus Septembres, quum Calen. ſeptembribus Bergas ſimul reliquiſſemus doctor eruditiſſime, allatum Veriam nuntium ad nos eſt multo triſtiſſimum, quo ferebatur Adrianus Ælius Barlandus, meus patruelis, quẽ grauiſſime ægrotantem diebus plusminus quindecim ſimul aſſidue inuiſeramus, exceſſiſſe e viuis quum de capite periclitaretur, hoc eſt, nunquam ex eo, quo tum detinebatur, morbo euaderet ſaluus, non eſt inter nos vnquã dubitatum. Haud diffitendum tamen, non expectaſſe nos interitum vſqueadeo præproperum. Audi igitur queſo, quid mox poſt noſtrum deceſſum viro acciderit, ſicuti ex amicorũ ad nos literis poſtea intelleximus. Quum Calen. ſeptembribus manc hora ſexta valedixiſſem viro, precatuſq; eſſem fœliciſſima omnia, deſerui ipſum perq̃ inuitus vocantibus me domum negotiis familiaribus, quod non niſi cum ſummo animi dolore auellerer ab illius cõplexu, quẽ vnice

adamabam, præsertim quod relinquerẽ ipsum deploratæ valetudinis, viderem& artẽ medicam nihil iuuare posse, quem maxime cupiebam seruatum. Præmonitis itaq; amicis vt viro vterentur, aut potius tantisper fruerentur donec per fata liceret, quod videbam non fore ipsis diuturnum, conscendi (vt scis) nauem, vt qui ad portum vsque me deduxeris, officij gratia. Hoc ipso itaq; die, mox a nostro decessu, inuasit rursus virum alui profluuium, quod non nisi summo labore cohibueramus. Quid fuerit in caussa, licet non facile dixerim, videor mihi tamen coniectura quadam satis id assequi, deiecit autem eo die aluum quinquies aut sexies, postridie ante prandium bis aut ter, a prandio autẽ successit deiectio nonnihil sanguinolenta. Quo intellecto, sic est confestim animo consternatus meus ille Ælius, vt mox de vita desperarit. Proinde astanti fratri suo Nicolao, hei frater, inquit, frater, actũ iam de me nisi mature succurratur. Iussit alter bono esset animo, consolatus& est pro viribus in tali discrimine fratrem frater q̃ quibat amice, nihil quod ferret opis habẽs. Qua de caussa euocatus subito est magister
Do-

Dominicus medicus, vt in summa fieri trepidatione assolet. Quid multis? Sub horam quartam vespertinam subsequuta est alui deiectio vsqueadeo subita, vt vix quiuerit subijci mature peluis, adeo autem conferta, vt sanguinem, ac cæteros, si qui erant, sanguini cōmixtos humores non caperent duo lota, quę vocant, nostratia, durauitq; sanguinea deiectio ea, in altam noctem, a qua dormiuit sic satis quiete, habuitq; se sequenti die toto, non omnino vt apparebat, male, cessantibus tam ventris ac stomachi, quam dorsi doloribus, quibus antea non mediocriter semper discruciabatur, nihilq; videbatur præsentibus medicis morbi ac discriminis præterea in viro, nisi fracta membra, totumq; corpus sentiretur defessum. Nec toto eo die nisi semel sub vesperam aluum deiecit. Dixisses excremēta hominis esse sani atq; hæc existimo imposuisse potissimū astantibus medicis. M. Dominico & M. Ioanni bogart, (venerat enim hic iam Antuerpia, diu expectatus, excitus publicis Oppidi bergani stipendijs) quibus erat commissa viri tum vita, tum salus, nihil longius prospicientibus, sed Dominico potissimū. Cuius

 Deum

Deum immortalem, quam erat thrasonica osten tatio, quam verba magnifica? digna tamen Dominico. Quod enim desperassem semper de Ælij mei salute, pollicentibus licet meliora Medicis nonnullis aliis, e quorum numero fuit & ipse M. Petrus a Wesalia, physicus Marchionis bergani, aperuissemque animum meũ, liberecque protulissem sententiã meam, apud Ælij mei domesticos, ne possent forte conqueri postea de me, absente iam nõ præmonitos se mature, Dominicus animi mei diffidentiã hanc, veluti irridens, detestansque opinionem eam, ceu a vero perquam alienam nullique innitentem rationi, atque ita tacite scilicet suppresso nomine, capiti meo veluti insultans, prædicabat vnum se totam morbi Ælij mei molem sustinuisse, effecisseque vt minimo tempore res omnis esset in vado, futurumque præterea pollicebatur, vt sua vnius opera intra triduũ viuus ac saluus prodiret etiam in publicum noster Ælius. Hinc querebatur non accitum se, in ipso morbi initio quod si fuisset factum, non diu adeo laborasset morbo meus scilicet Ælius, sed bellus homuncio, pulchreque valens, diu ante eum diem egisset libere inter suos conuiuiũ, pol-

liceba

licebatur tamen vel sic curaturum se, sentirent omnes, quid tum arte posset, tum præ amore erga ipsum prestitum vellet. Quid verbis opus? Altero die, qui erat Septẽbris quartus, visus est manc inuisentibus Medicis pulchre se habere, ac tantum non conualuisse. Quapropter scriptum confestim ad nos Veriam, omnia Christi benignitate recte successura, morbum desiisse, si non in totum, saltem nihil in posterum minari periculi grauioris, scriptum id mihi a Nicolao Ælio Barlando, fratre ipsius Adriani: Ioanni Borsalo, decano nostro Zandenburgensi meo auunculo, a M. Nicolao Borsalo canonico bergano, amico vetere. Atq; ita gauisum est vtrinque, Bergis ab iis, quibus erat Ælius noster charus. Hic autem, a nobis, re intellecta, Exiliebant illi præ gaudio, sed parum diuturno, nempe duarum fortassis horarum, vsqueadeo subito cõuersum est gaudiũ illorũ in summũ luctũ, gaudebant inquã, q̃maxime q̃ temere fuissem meticulosus, ac suspicax. Quin gaudebam & ipse lectis literis vanum fuisse meũ prognosticum, ausus etiã spei quidpiã melioris concipere animo

 stultu

ſtultulus, non tam ob aſtantium Medicorũ magnifica promiſſa,(non enim ignorabam vt hæc frequẽter fallerẽt) q̃ quod intelligerẽ tam grauium, tamq; periculoſorum in viro Symptomatum, fœlicẽ ſubſequutum finẽ, ob quæ quum multa animo mecum verſarem, viſum mihi eſt prima facie ſimile quidpiam Ælio meo potuiſſe euenire ob retentas hęmorrhoidas, cuiuſmodi ſolet mulieribus ob detentos, iuſto diutius menſes, nam vt his menſes ſubito atq; confertim non raro defluũt, non ſine vitæ periculo, ita exiſtimabã non abhorrere a vero haud diſſimile ſanguinis profluuium poſſe euenire viris, prorumpentibus ſubito atq; confertim ſuppreſſis hæmorrhoidibus, idq; aut per proprios meatus, venas videlicet dictas hæmorrhoides, aut per aluum, facto per hepar impetu, victa huius facultate retentrice. Hæc itaq; aĩo mecũ verſans, facile mihi perſuaſi ſanguinei eiuſmodi fluxus, potuiſſe fœlicẽ eſſe finẽ, ſiquidem præuideram ſolas prorũpentes hæmorrhoides poſſe ſeruare Ælium meum & e faucibus Orci eripere. Et ecce vna atq; altera horula, a cõſcriptis traditiſq; vt ad nos perferrentur literis, poſtq; propinatum

natum à Medicis ipsis pharmacum, cuiusmodi nescio, non dubium tamen quin ex eorum fuerit genere, quæ faciunt roborando corpori, refocillandisque viribus, sub horam videlicet decimam, repetito fluxu, expirat, animãq; efflat meus ille Ælius, quiq; intra triduum pristinæ restitutus sanitati, debuerat prodire in publicũ, ante biduum effertur flebile funus, non suis tantum, sed toti etiam Ciuitati berganæ. Dolent proceres tam ad omnia promptum, fidumq; perdidisse ministrum se. Dolet vulgus perijsse sibi præter omnium expectationem, præter astãtium Medicorum tum spem, tum promissa, propitium adeo apud Marchionem, si quãdo res postulabat patronum, Canonicorum collegium, ceu orbatum capite suo mœret. Queritur bergana Aula, tantum perijsse sibi decus, tantũq; ornamentũ. Ipse Marchio Prĩceps veterẽ desyderat pręceptorem. Huius autem tenellæ proles, lamentãtur defunctum vita præmature quem vt præceptorẽ optimum verebantur, vt indulgentissimum parentem amabant amplexabanturq;, demũ Musæ ipsæ deflent suum illum a teneris vnguiculis cultorem ac mystam. In summa,

quis non queratur virum optimum, sacerdotem Christi integerrimũ, hominem literatissimum, morte ereptum præmatura (nondũ enim excesserat vitæ annum octauum vltra quadragesimũ) non ipsi quidem, sed nobis. Quæ enim mors posset esse præmatura ei, qui ad extremum vsq; diẽ, vita innocentissime transacta nihil nisi Christum spirat, apud quẽ scit paratam sibi coronam glorię, Summam autem viri innocentiam satis superq; arguit, quod in aula multis annis transacta vita, nunq̃ compertus sit, minimũ vel morum aulicorum imbibisse, vel fuci simulationisve aulicæ induisse, sed vita ad extremum vsq; diem innocentissime semper transacta, fœlicem Deo animã reddidit. Hinc licet dubium non sit, quin cum Christo agẽs debeat esse gaudio ac voluptati nobis, quin calcar potius ad virtutem, reliquit tamen nobis ingens sui desyderium. Nobis ante tẽpus mortuus est non sibi, vt quibus & fuit antea sępius, & futura erat in posterum opera ipsius vsui. Hæc ad te Doctor eruditissime simul & vir charissime, in cuius sinum nec piget nec pudet effundere, quicquid meum hic animum habet male. Ne referam

acce-

acceptum ex charissimi Patruelis prępope-
ra morte vulnus nulli quā tibi, aperiri a me
iustius, vt qui adfueris assiduus mihi comes
ac socius, toto eo, quo adfui lāguēti viro tē-
pore. Adhæc quod optimus sis mihi testis,
questum me semper virum deploratæ esse
valetudinis. Vtinam morienti amico tali ad
fuissem, vt aliud nihil, clausissem saltē mor-
tuo iam oculos, & quem arte Medica serua-
re nequiueram, huius cōmendassem animā
quidem Deo, precibus: Corpus autem hu-
mo, pij videlicet homīs atq; amici functus
officio. Adhæc quæ euenerunt postea in ho
mine Symptωmata diligentius obseruassē,
fluxusque illius Sanguinolenti tum caussā,
tum naturam omnem ac rationem attentius
paulo inuestigassem expendissemq;, quam
fecerint astantes amici nostri. Quantum ta
men assequi licet, tum ex iis, quæ præsentes
in viro simul obseruauimus, tum iis, quæ
postea significata mihi sunt amicorum lite-
ris, non fuit sanguinolentus ille in viro flu-
xus, dictus vulgo Dysentericus, quod in eo
si qd Galeno credimus, nec copiosus adeo
subitusq; fuisset sanguinis fluxus, nec ita
desi-

desijsset. Nam ex fluxuũ variis generibus, quinq; potissimum vulgo celebrantur Diarrhœa, Lienteria, Dysenteria, Cholera, et Tinesmus. Porro cuiusmodi sint fluxus hi, quibusq; affectis corporis humani partibus oboriantur, nullus non nouit, in Medicorum scriptis vel mediocriter versatus. Cæterum licet verbum διαῤῥεῖν sit commune ad omnia, quæ quouis modo fluunt, Διαῤῥοίαν tamen, id est, diarrhœan cum auctore nimirũ libri definitionum falso adscripti Galeno, definiunt vulgo Medici, esse fluxum humorũ, quem nec sanguinis comitetur egestio, nec interaneorum exulceratio, nec ciborũ cruditas. Ex quibus verbis crediderim ipse manifesto colligi posse, (quod non itidẽ est vulgaribus Medicis nostris cognitum) videlicet, fluxum diarrhœan (diariam dicunt vulgo) esse Medicis græcis ac potissimum Æginetæ, fluxum cœliacum, lectum magis medicis nostris, quam exacte cognitum nõ consentientibus presertim inter se de cœliaca dispositione auctoribus medicis vt mox fusius docebimus. Nam Paulus duas fecit Lienteriæ species, non tam essentia, ac effectrice caussa diuersas. Quarum altera ortũ

habet

habet ex summa intestinorum tum exulce-
ratione, tum cicatrice, nec non fluxionibus
lijs, altera ex languore ac debilitate conte-
tricis facultatis, alimenta in ventre continē
is. Atque hanc vult misceri ac confundi cū
Cœliaca dispositione, non tamen esse per
ia eandem. Sed quum Æginetæ verba, ha-
beant quam interpretis, nescio quid plus e-
nergiæ, ac sint etiam si quid iudico, clario-
ra lucidioraque, non grauabor ea hic adscri-
bere, quæ sic habēt. Διττῆς ὑπαρχούσης τῆς λειεν-
τερίας, τῆς μὲν δι᾽ ἐπιπολέων ἕλκωσιν τῶν ἐν-
τέρων, καί τινας δὲ καὶ δι᾽ οὐλὴν ἐκ δυσεντερίας
τὰ πολλά, ἢ ἐξ ἑτέρων γινομένης ῥευματισμῶν,
δὲ δι᾽ ἀτονίαν τοῖς κατεχούσης τὴν τροφὴν ἐν
τῇ γαστρὶ δυνάμεως. Τὴν δευτέραν οἶμαι διαφο-
ρὰν τῇ κοιλιακῇ λεγομένῃ συμπλέκειν διαθέ-
σει, καὶ γὰρ ἐπὶ ταύτης, ἀτονούσης τῆς γαστρὸς
πέττειν τε καὶ ἀναδιδόναι τὰ σιτία λεῖα πως καὶ ἄπε-
πτα καὶ κάθυγρα διαχωροῦσι, ῥευματιζομένης
ἐπὶ πάντων τῆς γαστρός. Ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν λειεντε-
ρικῶν ἥτε διέξοδος τῶν σιτίων ταχεῖα γίγνεται,
καὶ τὰ τῆς ἀπεψίας ἐπιτεταμένα μᾶλλόν ἐστιν,
ὥστε διαδηλοῦσθαι τὴν ληφθεῖσαν τροφήν, καὶ τού-
τῳ μάλιστα διακρίνονται τῶν κοιλιακῶν. Hæc
Paulus, quæ nobis reddidit Guinterius no-
ster

ster, Leuitas intestinorum, quæ Grecis λειεντερία dicitur, duplici continetur discrimine. Hec ex summa intestinorũ exulceratiõe cõtrahitur, quorundam vero lienteria ex cicatricibus, quas excitauit dysẽteria parte plurima, vel aliis oboritur fluxionibus. Altera vero ex infirmitate & languore viriũ, alimẽta in ventriculo continentiũ creatur, eadẽq; cũ cœliaca dispositione cõfunditur miscetur q;. Etenim in hac languente & imbecilla ventriculi facultate, nec coquũtur nec digeruntur alimẽta, sed cruda, humentia imperfectaq; reddũtur, aluo continẽter fluida: Verum in vtroq; leuitatis genere celerius q̃ in cœliacis, quæ assumpta sunt, egerũtur tãque intensa est cruditas vt alimenti assumpti genus aperte cognoscatur. Atq; hac nota potissimum a cœliacis discernuntur. Hactenus Guinterius, In cuius verbis desyderamus primũ quod voculæ λεῖα respondeat plurimum habenti in se energiæ, qua caret vox, imperfecta illi, vt apparet, respondens. Nã tres hasce voculas Grecas, λεῖα, ἄπεπτα & καθυγρα, reddidit totidẽ Latinis, cruda, humentia, imperfectaq;, ipse interpres, at parum fœliciter assequens, si quid iudico, expli-

plicansq; Pauli mentem, quæ est: vt innuat in cœliaca affectione fieri concoctionē neutiq̄ contemnendam, quin tantum non perfectam, quę oĩbus suis numeris redderetur absoluta, nisi præueniret virtus expultrix, imbecilla contentrice, munus suum obiens anteq̄ tam cõcoctio quam distributio per corpus perficiatur. Fieri alioqui ĩ cœliaco morbo hoc concoctionē minime contemnendã arguũt satis superq;, quę mox subiungit de Lyenteria. Nã in hac vt scribit, τὰ τῆς ἀπεψίας ἐπιτεταμένα μᾶλλον ἐστὶν, ὥστε διαδήλους εἶναι τὴν ληφθεῖσαν τροφήν. Iam si in ipsa etiã lienteria est concoctio, non omnino mala, licet non adeo insignis ac absoluta, vt assumpti cibi genus possit occultare. Et hæc tantummodo cruditas cum celeri excrementi excretione facit lienteriam a cœliaca diuersam. Certum est concoctionem in cœliaca minime esse vulgarem, aut exiguã. Non erat itaq; vocula λεῖα aut expungenda, aut etiã reddenda per vocem imperfecta, habens hic quiddam in se nescio quid, peculiaris significatus, quo mihi significare videtur veluti modum ac rationem concoctionis in

ven

ventriculo, qua in chylũ, hoc eſt, ptiſſanæ cremoris ſucco ſimilem vertuntur aſſumpta, inq; ventriculum ingeſta. Talis ſiquidẽ humor λεῖος, id eſt, leuis, hoc eſt, omni ex parte ſui ſimilis, nec inæqualis, ita ſcilicet vt altera portio, ſiue pars huius ſit leuis ſiue æqualis, cõcocta videlicet, altera vero ĩcocta inæqualiſq;, talis inquã humor ſiue ſuccus, idoneus eſt generando in hepate ſanguini, talemq; perq̃ apte ſignificat græca vox λεῖα at non itidẽ, qua vtitur interpres, latina, imperfecta. Deinde qua paſſim vtitur hoc capite Ægineta, grecam dictionem γαστέρα, maluiſſem latine reddidiſſe per ventrẽ, quã ventriculũ, quod ſic, ſi quid iudico, & Æginetę ſeruaſſem integrũ ſenſum id quod boni eſt interpretis officium, & lectori liberũ feciſſem, de ventre ne, qui ipſa etiam inteſtina cõplectitur, an ſtomacho, qui latinis vẽtriculus eſt, an potius de vtroq; ſimul voluiſſet intellexiſſe viri verba. Cur autem hoc feciſſem, in cauſſa eſt, quod quemadmodũ ſcribit Celſus de Cholera morbo, verſari videlicet ipſum inter ſtomachũ & inteſtina, ſic vt cuius potiſſimum partis ſit, non facile dici poſſit, ita etiam ſcribat ſimile quiddã
innuens,

innuens, tam de lienteria q̃ cœliaca Galenus, cuius hæc ſunt verba. Sunt alia quoq; accidentia, quæ quidem haud abſurde & inteſtinis & ventriculo ſimul affectis euenire creduntur, vt quas λειεντερίας, id eſt, leuitates inteſtinorum & κοιλίακας, id eſt, ventrales nominant, quum videlicet materiæ nequaquam ſunt mordaces. Nam vt mordaces, ob mordendi vim omnia inteſtina ad excretionem excitant, ita non mordaces, inteſtinorum imbecillitatem ſequi conſueuerunt, quia retinere contenta ne exiguo quidem tempore poſſunt, ſiquidē ilico excernūt ea, perinde ac ſi graue aliquod onus deponerent. Sed valeant hæc vtpote πάρεργα. Illud exiſtimo ex dictis manifeſtum, videlicet Diarrhœan vulgarium Medicorū (non autem diariam vt illi tum ſcribunt, tū appellant, nihil non ſuo more vitiantes corrumpētesq;) eādem eſſe cum cœliaca diſpoſitione, ſiue fluxu cœliaco Græcorū licet nō ſimiliter Latinorum. Submonui enim paulo ante in cœliaco morbo diſcrepare inter ſe auctores Medicos, ſunt autem ij Latini, nā Græci videntur mihi in morbo hoc conſentire, mihi ſaltem viſi, at non itidem Latini, ſi-

quidem Plinius coniungens fere cholericos dysentericos, & cœliacos, idem cum Græcis sentire mihi videtur, At lõge alia est Cornelij Celsi sententia, cuius cœliacus morb⁹ tota est natura a Græcorum diuersus, vt ex hisce viri verbis liquet, quæ sic habent: In ipsius vero ventriculi porta, consistit is, qui & longus esse consueuit, κοιλιακὸς a Grecis noĩatur. Sub hoc venter indurescit, dolorq́ꝫ eius est. Aluus nihil reddit, ac ne spiritũ qdẽ trãsmittit, extremę partes frigescũt, difficulter spiritus redditur. Hęc ille. Verũ vt κοιλιακὸς morbus Celso descriptus pugnat prorsus cũ eo, quẽ Medici gręci descripserũt, ita videtur de hoc cœliaco morbo græcorum agere idẽ Celsus, paulo post lib. eodẽ, ca. 19. cui præfertur titulus de vẽtris fluxu & curatione. Hactenus de diarrhœa, cœliaca, atq́ꝫ lienteria, ventris fluxibus, sub quorũ nullo certũ est cõprehendi eũ, quẽ cruentũ diximus in Ælio nostro sub vitæ finẽ euenisse. Qui similiter nec fuit aut cholera aut tinesmus. Restat igitur vt dicatur fuisse dysenteria, sed quũ varia sint huius genera, vt ex ipso patet tã Galeno q̃ Æginecta, excutiendũ exactius paulo, cuius ea sit generis, qua periit

rüit ante tempus noster Ælius. Est igitur dysenteria alia intestinalis, alia iecoraria, his accedit tertia dicta αἱμάτηρα. i. cruenta. Hæcque fere aut a mẽbri vlceratione ortum habent, aut ab affecta eiusdẽ virtute aliqua. Dysenteria autẽ proprie dicta ἕλκωσίς ἐςὶ τ̃ ἐντέρων, vt inquit Paulus. Atque hoc ipsum est quod ante hunc scripsit Galenus lib. sexto de locis affectis, asserens nomen dysenteriæ ex ipsa appellatione significare intestinorũ vlcus. Rursus alio loco. Dysenteriã semper mordaces dolores pręcedunt, vtpote ꝑ quã intestina vlcerantur, quã vel solam Medici tum recẽtiores, tum antiquorũ nõ pauci dysenteriã noĩant, quãuis nonnulli, non solum hanc, sed aliã quoque, quę cruẽta ob excretorum speciẽ noĩatur, dysenteriã appellant. Nam interdum syncerus plurimusque sanguis interdum veluti limus, & feces ipsius nõ paruę quãtitatis excernitur. verũ hęc affecti iocinoris accidens esse censetur. Ea vero, ꝑ quã syncerus multusque sanguis excernitur, vniuersũ corpus plerũque euacuat, haud secus q̃ hæmorrhoides, aut muliebre ꝓfluuiũ, atque hę duę species dicũtur coĩter tã Paulo q̃ Galeno αἱμάτηρα δυσεντερία. i. cruenta dysente-

ria, sicuti ea, in qua alui sedimina aquæ in qua nuper mactata caro abluta est, similia conspiciuntur, dicitur tũ Galeno tum Æginetę, cęterisq; similibus dysenteria hepatica quę infirmi iocinoris, ac sanguinem creare non potentis indicium est. At αἱμάτηρα, cuius duas diximus ex Galeni sentẽtia species esse, alteram, per quam interdum veluti limus & feces sanguinis excernuntur, alterã per quam syncerus plurimusq; sanguis vacuatur, illa, hepar ipsum affectum indicat, hæc autem non tam hepar affectum, ac eiusdem excretricis facultatis robur, oboriens fere ratione plenitudinis, & quidem sæpenumero, integra etiamdũ constante valetudine. Sic plærunque pars aliqua, quum affecta est, per hepar purgatur, viribus ipsius iam factis robustioribus. Sic euenit quibusdam, vel mutilato aliquo membro, vel vbi quis in exercitatione educatus ad otium se conuertit, ac solet quoque mulieribus retentis menstruis huiusmodi per sedem vacuatio fieri, atq; interdum per vomitũ quoq; eandem ob caussam. Porro dictis modo addendum est & illud, videlicet proprie dictam dysenteriam, quæ ex ipsa appellatione (vt diximus) inte-

stinorum vlcus significat,neq; affatim fieri, id quod in ea, quæ hepatis fit vitio accidere solet, neq; etiam propriis carere notis, quę sunt fere huiuscemodi. Nam protinus ab initio bilis mordax secernitur, quam deinde abrasiones interaneorum sequuntur,postea paulum cruoris simul excerni videtur,quando videlicet affectus ipse iam dysenteria esse censetur. At in hepatica dicta dysenteria longe aliter se res habet, nã in hac ab initio tenuis sanguinis sanies ab hepate deiicitur, deinde aucto malo, crassus humor fecibus vini haud absimilis. Preterea ꝙ in hepaticis excretionibus nihil abrasum expellitur, atq; interdum duorum aut trium dierum interuallo supprimitur euacuatio, deinde redit rursus malum, atq; excernuntur excremẽta prioribus multo peiora. Id vero per intestinorum vlcera haudquaquã apparet, quippe in iis, neq; affatim, neq; ex longis temporũ interuallis laborantes deiicere consueuerũt. Cæterum ex his, quæ modo diximus, euadit si quid iudico manifestum cruentum fluxũ illum, quẽ dixi in Ælio meo & subito & affatim euenisse, non fuisse dysentericum. Licet enim hebdomadibus aliquot profluxe-

rit illi, ante eum diẽ, alius mollior, ita vt ter aut quater interim frequentius, interim rarius diebus singulis aluũ deiiceret, nunquã tamen apparuerunt in eo signa excoriatorũ intestinorum, nunq̃ dolor ventris certo in loco fixus, ex quo posses intestini exulcerationem arguere, licet doluerit fere, modo in ventriculo, idq; ab assumpto potissimũ cibo modo in hoc, modo in illo latere, sed præcipue in dorso, idq; per ipsius longitudinẽ, ita vt ad coxendicem vsq; extenderetur, adeo vt latus & coxendicem fatigarint ob id fomẽtis astantes Medici dolorẽ illũ suspicati esse ischiadicũ, quod tamen procul abfuit a vero. Siquidẽ dorsi tũ grauitas, tũ dolor ad coxendicẽ vsq; protensus, cæteraq; in viro symptomata hęmorrhoidũ fluxus arguebãt necessitatẽ, suppressasq; hæmorrhoides, vt prouocarẽtur, habere opus, his accedebant idẽ arguẽtes, tum protuberantes in viri ano hęmorrhoides, tũ q intra bienniũ, nullus fuerat passus, expertus eas antea. Porro si fluxus ille fuisset dysẽtericus, fuisset necessario aut intestinalis, & ita nec subito adeo, affatimq; profluxisset, nec propriis caruisset notis dysenteriæ intestinali familiaribus, aut hepaticus, & sic pręcessissent ea, quę in hepati-

ca dysenteria scribit prętcedere solita Gale-
nus. Iā quū nihil horū in viro apparuerit, cer
tū est fuisse ἐκ τῆς δυσεντερίας αἱματηρᾶς poste
riori gñe, profluēte magno impetu, magna-
q; copia sanguine, nō puro, saltē initio, sed
feculento, cuiusmodi nimirū solet statis tē-
poribus, et ī viro illo debuerat p hęmorrhoi
das a natura vacuari, nisi fuissēt hęmorrhoi
des ipsius τυφλαί. i. cęcę. Ita enī occlusas iā
ac nihil manantes hæmorrhoides appello.
Qua ratione factū est vt cōsuetus vacuari p
ipsas sanguis, non reperiēs apertos pristinos
meatus p quos deflueret, regurgitarit ad ip
sum hepar, extinxeritq; natiuū genuinumq;
ipsius calorē, id quod flatibus tympaniten
minātibus distentus viri vēter satis superq;
arguebat, vt taceā notas cæteras. Atque ita
debilitata est ratiōe hac factaq; imbecilla he
patis ipsius nō solū virtus cōcoctrix, verum
etiā contētrix. Hinc sequutū tandem est lę-
tale illud sanguinis profluuiū p aluū, victo
iā hepate, subuersisq; simul facultatibus ipsi
us cōcoctrice & retētrice, a sanguine crasso
ac melancholico, q̃ p hęmorrhoidas vtpote
cæcas exinaniri nequiuerat. Nam ex hęmor
rhoidibus (quæ aliud proprie sunt nihil, q̄
quędā, quīq; fere numero, descēdētes

per venam dictam κοίλην, id est, cauam, ad
ani musculum, inque eo desinentes) aliæ sunt
τυφλαί, id est cæcæ, hoc est, non manentes,
aliæ vero profluunt, ac exinaniuntur, & hæ
hęmorrhoides simpliciter dicuntur. Rursus
ex hęmorrhoidibus alię protuberant, in ani
musculo, oculisque cōspiciuntur, interim plu
res, interim pauciores, aliæ vero delitescunt
loco ano superiori vtpote lōganone, Atque
hæ, tā in loco ano superiori, q̄ quæ in ipsius
sunt musculo, aut fluunt statis temporibus,
aliis vberius, aliis parcius, aut non fluunt ob
strusæ, & dicuntur (vt modo diximus) τυ-
φλαι, id est, cæcæ, non vulgo tantum Medi-
corum, sed ipsis etiam Medicis Græcis, atque
imprimis Aeginetę, vt est videre apud eum
lib. 3. cap. proprio, vbi sic scribit. Τῶν αἱμοῤ-
ῥοΐδων πλείω τοῦ δέοντος κενομένων, ἐξυδατοῦ-
σθαι τὴν ἕξιν συμβαίνειν καὶ πονήρως ἀποσίτους
γίνεσθαι, κίνδυνος δὲ καὶ λαύρου τῆς αἱμοῤῥαγίας
γινομένης, ὥσπερ οὖν καὶ τοῦ αἵματος εἰς τὸ παν-
τελὲς ἐπισχεθέντος, ὅθεν ἐργώδης ἡ θεραπεία,
διὸ πλειόνων οὐσῶν τῶν αἱμορροΐδων μίαν ὑπο-
λιπεῖν χρὴ καθάρσεως ἕνεκα. τινὲς Δε εἰσιν ἀνω-
τέρω μὴ φαινόμεναι, καὶ διὰ τοῦτο δυσίατοι. αἱ δὲ
τυφλαὶ ἀποκρίνουσιν μὲν οὐδὲν, ἐπόδυνοι δὲ μᾶλ
λον

λον εἰσίν. πρὸς μὲν οὖν ταῦτας, κυκλαμίνου χυλὸν κατάχριε καὶ ἀναστομοῦνται: πρὸς δὲ τὰς ἀμέτρως κενουμένας &c. Hæc Aeginetę verba ſic reddidit interpres Guinterius, q̄ fœliciter iudicent alij, mihi certe per omnia hic non probatur. Venulis, quæ in ano extant, iuſto largius inanitis, habitum in aquā ſubter cutem reſolui contingit, & affectos infœliciter cibum ſentire ac contabeſcere. Periculum vero eſt, ne largum quoq; ſanguinis profluuium accidat, quēadmodum ne idē in totum ſupprimatur, vnde laborioſa eſt curatio. Quare quū plura venarum ora in ano pateſcant, vnum non ſuppreſſum purgationis gratia relinquere oportet. Quædā ſuperius cæcæ deliteſcunt, eoq; vix curātur quæ quidem nihil excernunt, ſed dolorem mouent acriorem, hę ſucco cyclamini ilico adaperiuntur. Contra eas vero, quæ immodice fundunt ſanguinē &c. Hactenus Guinterius, qui hic mihi dormitaſſe admodū videtur, quum ſi quid iudico, innuat hic Ægineta duplicem hęmorrhoidum differentiā, alteram ſumptam a loco, in quo conſiſtunt: alteram ab annexis, vt ſic loquar, Siquidē ex his aliæ fluunt, aliæ non, quæ etiam cęcæ

 dicun

dicuntur. Principio igitur pericula docet, quę ex hæmorrhoidibus immodice fluentibus proueniũt. Deinde monet nõ esse tutũ satis, periculove vacare, in totũ eas sisti. Postremo differre has inter se loco, docet hisce verbis: τινὲς δὲ εἰσὶν ἀνωτέρω μὴ φαινόμεναι. Quod enim in ano fere conspiciãtur, vtpote ani ipsius affectus, nihil erat opus monuisse, locũ ipsorum esse anum, sed quia delitescẽtes loco ano superiori, rariores sunt, recte monuit esse quasdã ἀνωτέρω μὴ φαινομένας. Porro quum ex hæmorrhoidibus alię fluant, sintq; hæ pq̃ frequẽtes, aliæ autẽ nõ, sed doloribus tantũ torqueãt, recte subiunxit: αἱ δὲ τυφλαὶ ἀποκρίνουσι μὲν οὐδὲν, ἐπώδυνοι μᾶλλον εἰσίν. Est enĩ hoc cõmune oĩbus hæmorrhoidibus, tã iis videlicet, quæ sunt in ano, q̃ longanone, loco, ano superiori, vt aut fluant, etsi hoc faciãt moderate, ac pro corporis necessitate, a multis & grauibus morbis præseruant hoĩem, sin immoderate, graues aduehunt morbos, aut nõ fluant, & hæ dicuntur cæcæ, vtq; aperiãtur opus habent. Proinde vt vtrisq; succurrendũ sit docet Ægineta, primumq; vt cæcæ sint aperiendæ, nã has consulit illini cyclamini succo, hic enĩ ἀναστομοῖ. i. falcultatẽ habet aperiendi

vt idē testatur Ægineta lib. 7. sic scribens, ὁ μὲν χυλὸς αὐτοῦ αἱμορροΐδας ἀνασομοῖ, προστιθέμενος .i. succus ipsius videlicet cyclamini (de hoc enī loquitur) hæmorrhoidas aperit appositus. Iam vt procliue fuerit applicare hunc hæmorrhoidibus quæ in ani sunt musculo, ita difficile admodū, his, q̄ loco sunt superiori, hinc tales nō iniuria dicuntur ab Ægineta δυσίατοι .i. curatu difficiles, ꝙ nihil profluētes, ægre aperiantur, cōtra iusto plus manātes, nō minus difficulter cohibeantur, topicis videlicet .i. localibus remediis, ꝙ promptū non sit, topica his applicare, cuius generis est cyclamini succus. Posthęc tradit Ægineta vt hæmorrhoides sanguine immodico manātes cohibeātur, scribens in hęc verba: πρὸς δὲ τὰς ἀμέτρως κενουμένας etc. .i. cōtra eas, q̄ īmodice vacuātur siue fluūt. Quū enī tā immodice, q̄ nihil profluētes hęmorrhoides curationē tum postulēt tū recipiāt, recte vt his succurrendū sit tradit Ægineta, nihil interim agēs de ea, quę a loco habetur differentia, vt quæ curationem nec admittat, nec postulet. Hic mihi verborum Æginetæ germanus videtur esse sensus, vt qui quam maxime quadrat cum viri verbis necnon quotidiana experientia.

Profluentes enim hęmorrhoides nõ ſolum cæ, quæ in ani ſunt muſculo, ſed etiam, quæ loco ſuperiori, ſi moderate fluant, aut nullũ aut non grauem ſaltem excitant dolorem: Sin immoderate, aquæ inter cutem periculum minantur, cæteraque comitantur ipſas ſymptωmata, a Paulo enumerata. Quod ſi non profluant, præterq̃ quod quotidiana experientia hoc affatim teſtatur, nõ abhorret etiam a vero, doloribus torquere eas hominem. Hinc etiam ſcribit eas Ægineta ἐποδύνους μᾶλλον εἶναι, id eſt, doloroſas eſſe magis. Qua de cauſſa debent hæ aperiri, nõ ſolum quo ſedentur dolores, verumetiam ne grauiores inuehant morbos. Non enim aqua inter cutem comitatur ſolummodo immodicum hęmorrhoidum fluxum, verumetiã ipſas hęmorrhoidas τυφλὰς, id eſt, cæcas. Simile enim ab vtriſq; periculum imminet, id quod nec ipſum fugit Æginetam, nec eſt præteritum ab ipſo ſilentio, teſtantur hoc ſatis viri verba hæc. κίνδυνος δὲ τοῦ λαύρου τῆς αἱμοῤῥαγίας γινομένης, ὥσπερ οὖν τοῦ αἵματος, εἰς τὸ παντελὲς ἐπιχεθέντος, ὅθεν ἐργώδης ἡ θεραπεία, διὸ πλειόνων οὐσῶν τῶν αἱμοῤῥοΐδων, μίαν ὑπολιπεῖν χρὴ καθάρσεως ἕνεκα. Quæ

verba ipſe ſic vertere͂ latine. Periculum autem eſt, largiori facto ſanguinis profluuio, quemadmodum etiam ſanguine in totũ ſuppreſſo, vnde operoſa eſt eiuſmodi curatio, quapropter pluribus exiſtentibus hæmorrhoidibus vnã purgationis gratia relinquere oportet. Vt autem ea reddidit Guinterius noſter, Æginetæ mentem non explicant, ac parum ſequax eſt verborum ſeries. Multo autem minus arrident, quæ his cõfeſtim annectuntur, de quibus mox plura. Eius autem commonefaciendus hic primum lector mihi, videlicet ipſum Æginetam, ſequutũ hic Hippocratem, cuius eſt hoc verbum. A diuturnis ſanato hęmorrhoidibus ſi vna nõ ſeruatur, periculum eſt aquam intercutem vel tabem aduenire. Quum enim initio capitis de hæmorrhoidibus teſtatus eſſet, τῶν αἱμοῤῥοΐδων πλείω τοῦ δέοντος κενομένων, ἐξυδατοῦσθαι τὴν ἕξιν συμβαίνειν, καὶ πονήρως ἀποσίτους γίνεσθαι. Addit mox, periculum eſſe, ſiue ſanguis immodice fluat, ſiue in totum ſupprimatur. Cur autem immodice profluente ſanguine aquæ inter cutem ſit periculum, notius eſt, q̃ vt doceri multis debeat. Cur autem immineat idem periculum ſup-

preſſo

presso in totum sanguine, caussam reddidit Galenus, cõmentans modo adscriptum nobis aphorismũ hippocraticum, hisce verbis: Quũ impossibile sit fieri hęmorrhoidas, nisi aperiantur venarum quarundam ora, propter sanguinis multitudinẽ, ac crassitudinẽ, reponente ad ipsas hepate, fecem, & quandoq; sanguinem melancholicũ. Si quis iter hoc ipsi intercipiat, & duritiem faciet in hepate & multitudine crassitudineq; grauãs, calorem ipsius natiuum extinguet, quũ hic tale quid accidat, quale in flammis exterioribus, in quibus ligna confertim superingesta suffocant ignem, atq; extinguunt. Si igitur a natiuo calore generatur sanguis, manifestum quod extincto hoc, amplius nõ generabitur. Iam aqua inter cutem fit, quũ sanguinis generatio frustratur. Hæc Galenus. quibus non minus dilucide q̃ compendiose ac docte tradidit omnia, quæ postea in mortuo iam Ælio meo, ac dissecto, cõperta sunt necnõ euidentissimas omniũ eorum caussas siquidem minime ex vini potu natura calidioris aut potentioris (rhenanum enim purum minimeq; adulteratũ. Siquando dabatur, potissimũ tum amabat, tum bibebat) ita affe

affectum erat viri hepar, vt sunt nimis q̄ ma
ligne postea interpretati quidã, sed ex solo
dctento prẹter naturã sanguine hẹmorrhoi-
dali, victis ab hoc iocinoris in viro facultati
bus concoctrice primũ, demum contẽtrice.
Sed omissis his, necnon Galeno, ad Ægine-
tam reuertamur, qui capite de hẹmorrhoidi
bus venit, quo diximus modo, intellegen-
dus, vt scilicet duas faciat hæmorrhoidum
differentias, sumptas, alteram a loco, in quo
fiunt, alterã ab annexis (vt ita loquar) ab eo
videlicet, q̄ aut fluãt apertẹ, aut sint τυφλαὶ
siue cæcæ, hoc est, nõ manantes siue nõ flu-
entes. Verum non videntur hunc in modũ
intellexisse Paulum duo eruditissimi viri,
Marcellus Virgilius, Dioscoridis, et Ioãnes
Guinterius, Æginetẹ, doctissimi interpretes
Quorũ ille cõmento in sexagesimũtertium
primi lib. Dioscoridis caput, sic scribit. Enu
meratis a Galeno (hẹmorrhoidũ generibus
videlicet) Paulus Ægineta aliud genus ad-
didit, quas cẹcas nominauit, ex quibus nul-
lus fluit sanguis, sed grauiore, q̄ aliæ, dolore
eos cruciant, cyclaminiq; succo inungi, vt
aperiantur, præcepit. Neque venas, quibus
explicitis hæmorrhoides fiunt, intelligit,
sed

ſed intra venas latens idem hoc malum, ideoq; ad auertendum dolorem aperiri eas oporteat. Hactenus Marcellus, qui in hoc labitur, quod hæmorrhoidas cæcas exiſtimet genere diuerſas ab iis quæ fluunt, neq; velit haſce eſſe venas, quibus explicitis hęmorrhoides fiant, quod verum non eſt. Tā enim eæ, quæ in loco ſunt ano ſuperiori, vtpote longanone, q̄ quæ in ipſo ano. Si fluāt hęmorrhoides ſimpliciter dicũtur. Sin clauſæ ſint, nec profluant, cæcæ. quæ iam aut cyclamini ſucco adhibito, aut alio quouis reclusæ & ſanguinem excernunt, & hęmorrhoides verę tum ſunt, tum dicuntur, neq; vlla eſt inter has generis diuerſitas. Eiuſdē cum Marcello ſentētiæ comperitur ex verſione ſua Guinterius noſter, Marcello in plęriſque plus ſatis addictus, dum Æginetę verba hæc τινὲς δὲ εἰσὶν ἀνωτέρω μὴ φαινόμεναι, καὶ διὰ τοῦτο ἰδυσίατοι. αἱ δὲ τυφλαὶ ἀποκρίνουσιν μὲν οὐδὲν, ἐπόδυνοι μᾶλλον εἰσίν. &c. ſic reddit latine. Quædam ſuperius cæcæ deliteſcunt, eoq; vix curantur, quæ quidem nihil excernunt, ſed dolorem mouent acriorem, hæ ſucco cyclamini ilico adaperiũtur. Marcelli ſententiam magis q̄ Pauli certum

eſt

ſt hic expreſſiſſe Guinteriũ. At neuter iu-
icatur mihi attigiſſe ſcopum, hoc eſt, Ægi-
etæ aſſequutus mentẽ. Nam præter ea quę
iximus in præcedentibus, ſatis ſuperq; po
uerant tam Marcello, q̃ Guinterio aperire
Pauli mentem, quæ poſtea vir ipſe de obſer
anda in tam ſuppreſſis q̃ fluentibus hęmor
hoidibus diæta tradidit, dum præcipit vi-
tum ſiccantem atq; adſtringentem iis, qui
upra modum inaniuntur eſſe efficacem, ſi-
uti contrarium huic, nempe aperientẽ ſan
uinemq; commouentem in hæmorrhoidi
us cęcis. Iam eſt opinor, victus hic, omniũ
æmorrhoidum tam manantium q̃ ſuppreſ
rum communis, quocunq; in loco hæreãt
His accedit q Ægineta eandem dicit eſſe
æmorrhoidum cæcarum, & ſuppreſſorum
ienſium muliebrium diętam. Porro vt ſup
reſſi menſes euocantur per venas, quas eũ
ı vſum creauit natura. Sic etiam dubio pro
ul ſuppreſſus ſanguis hęmorrhoidalis, quũ
æmorrhoides cæcę aliud ſint nihil, q̃ occlu
e venę, per quas natura hæmorrhoidali flu
u exonerat ſe, nullo reperto obſtaculo, et
ræſente cauſſa efficaci ſatis vrgenteq;.
Quapropter nequeo hic intelligere, quod-

nam sit hoc hæmorrhoidum cæcarũ genus, q̃ aut superius solũmodo delitescãt, aut n fiant hęmorrhoides veræ, explicitis licet ea rum venis. Adhęc quũ fluentes hęmorrhoi des cõperiantur quotidie supprimi, plusqu conseruandæ naturæ eius, cui hoc accidit conueniat, æque ac menses in mulieribus quid ni tã illæ ac hi prouocabuntur denuo Aut cur non tam in ano ac longanone con sistentes succo cyclamini illito aperientur Mihi certe hoc promptius videntur in ano hærentes iuuari eo posse, quo fuerit cuiui procliuius his, quã latentibus illis cyclamin succum ipsum admouere, qui nõ proprieta te quã vocãt occulta, aperit hæmorrhoides Sed facultate, quam ex quatuor qualitatum cõmixtione est consequutus, vnde non tan tum hęmorrhoidum, sed cęterarũ etiam ve narum ora aperit, atq; ita tam menses, q̃ hæ morrhoides cit potus, appositusq;. Non igi tur queo coniicere cur Marcellus scribat Æginetã per hæmorrhoides cæcas, non in telligere venas, quibus explicitis hæmor rhoides fiãt. Nec cur Guinterius noster aut cęcas tantũ innuat, quæ superius delitescũt, aut etiã has, ceu solas, succo cyclamini ilico aperiri. Sed de his nimis iam multa, quæ li-

et aliena ab instituto videri cuipiã possint,
non sum tamẽ grauatus admonere, nõ quo
duos illos summa eruditione viros insimu-
lem, aut vllam etiam notam sinistram inurã
ipsis, quibuscum nulla ex parte mereor con
ferri, siue eruditionẽ, siue diligentiam, siue
etiã iudicium quis spectet. Sed ꝙ fuisset reli
gio mihi non attulisse in medium, quæ visa
sunt, nec scitu indigna, nec lectu iniucunda
Neq; tamen vel tantillum interim metuo
ne quis syncere doctus (nedum illi hoc faci-
ant) ferat meũ hoc factum molestius, quod
aperte sint (vt habet prouerbium Musarũ
ianuæ) & æquum sit cuiq; liberum esse iudi
dicium. Vt igitur redeat ad institutum no-
ster sermo. Omnia quæ hactenus de hemor-
rhoidibus sunt dicta nobis, alio non spectãt
ꝗ vt doceamus sanguineã illam in Ælio no-
stro ventris deiectionẽ, nec hepaticã fuisse
dysenteriam, nec intestinalem, sed αἱματη-
ρὰν, i. cruentã, quę ortũ habuerit a suppresso
sanguine hęmorrhoidali. Siqdẽ præter viri
tẽperaturã, quę fuit eiusmodi vt hęmorrhoi
dũ moderato profluuio potuerit diu serua-
ri incolumis, præter dolores dorsi, infestan
tes loco, interim altiori, interim demissiori,
 modo

modo ſparſiores, modo contractiores, q̃ v
renales credi aut potuerint, aut debuerint
præterquã quod alias fuerat hæmorrhoides
paſſus, licet nullas poſtremo biennio, ipſa
protuberantes in viri ano (quas ſemel atq;
iterum tundendas curauimus licet fruſtra)
hæmorrhoides arguebant affatim fluxũ hæ-
morrhoidum fuiſſe viro perq̃ neceſſarium,
vt interim taceam lotium, vt ſigna cætera
hæmorrhoidum neceſſitatem commonſtrã-
tia. Sed de his nimis iã multa, quæ vt in me-
moriam Ælij mei, chariſſimi mihi capitis ſcri
pſi, ita non fuerit inutile Medico, eadem tũ
legiſſe, tum exactius expendiſſe. At periit
nobis Ælius ille, dignus qui neſtoreos exce
deret annos, ſi viſum ita fuiſſet fatis, quorũ
nutu ac renutu agũtur res humanæ, ſed quũ
fata mutari flectiue nequeant, fruſtra queri-
mur. Proinde relictis vanis id genus queri-
moniis hoc vnum ſupereſt nobis vt quem-
admodum ille fuit, ſic ſimus & nos parati
ſemper in aduentum occurſuri ſponſi euan
gelici, non effodientes in terram, creditum
nobis a Domino talentum, ſed cũ frugi ſer-
uo euangelico, aliud per illud lucrifaciẽtes.
Quod meo iudicio fit, vbi quis doctrinam,
acce-

ceptasq; a deo dotes vertit pro virili in cō
modum inq; vtilitatem proximi. Vt igitur
pro viribus seruum euangelicum imitarer,
quæ fore in cōmuni vtilia omnibus speraui
& inter nos nuper Bergis sunt agitata, scri-
ptis prodere decreui, inq; medium proferre
sicuti etiam facturum aliquando per otium
me præsenti tibi Bergis recepi. Vbi quum
præter expectationem offendissem te iam
reducē ex tua Burgundia, in qua post meū
decessum summa cum gloria annis plusmi-
nus octo artis opera exercuisti, dum mutuo
colloquio cupimus nos explere, multa (vt
fit) inter nos agitata, multa in dubium ac
quæstionē vocata theoremata medica, alia
non adeo nuper Medicis recepta, alia autē
diutius vsurpata. Inter cætera rogasti quē-
nam locum inter medicamenta darē aquis
destillatis, quas ex variis tum herbis, tum ra
dicibus, non raro autem & fructibus, per
campanas destillatorias extrahunt nostri
Pharmacopolæ, alius alio melius, ingenio-
siusq;. Tu eas in vniuersum ridebas, extin-
guendoq; tantum incendio aptas prædica-
bas, adiecistiq; rationes tibi visas maxime
vrgentes efficacesq;. Sed quæ sint tibi cum
 mul

multis Medicis aliis cõmunes. Ipse contra cõmendabam aquas, id genus, non tamẽ citra delectum omnes, sed eas quæ tum odorem tum saporẽ, parentis sui retinent (cuiusmodi aquarum eliciendi rationẽ, quã iactat quodam loco habere se, vtinã tam scriptis prodidisset eruditissimus ille noster Manardus) negabamq; me pedibus iturum vnq̃ in tuã sententiam, nisi vel abs te, vel a tuis, hoc est, eiusdem tecũ opinionis hominibus adferrentur rationes, euincentes probabilesq; magis. Licet enim non dubitẽ fateri ex eorum me esse numero vnũ, qui temere a Medicis veteribus, patribusq; nostris recepta detestantur, reiiciuntq;. Adhæc omnẽ dant operam vt medicina illa artium ac disciplinarum clarissima, quæ iam & barbarie iacet conspurcata, & opinionibus labefactata, parum aut nihil in se veri habentibus pristinũ assequatur nitorem. Nunq̃ tamen vsqueadeo fui temerarius vt quod pleriq; faciunt, mox aut damnem aut collaudem, aut etiam pro rato haberi velim, quicquid aut hic aut ille vel reiicit vel probat, nisi euincẽs subsit ratio, quã si p oĩa nõ assequor, do tamẽ operã sedulo, proq; viribus quidq; prius excu-

o, q̃ feram sententiam. Hac de caussa quũ
nullam audierim hactenus conuincentẽ ra-
tionẽ eorũ, qui aquas destillatas ex omnib⁹
Pharmacopolarũ officinis eꝗ medicamen-
torũ albo volunt exulare, nondum adduci
potui, vt eas temere adeo, sineꝗ caussa eui-
dentiori in totum damnarẽ, quarũ extrahen
di rationẽ non nisi summo ingenio viri, ar-
canorumꝗ naturæ diligentissimi indagato-
res excogitarunt. Quum enim imminente
nunc hyeme, procedenteꝗ, pereant flores,
herbæ, radices, aliaꝗ similia, quorũ est per-
petuus in medicina vsus, nõ minus vtiliter,
q̃ ingeniose videntur mihi excogitasse Me-
dici posteriores, aquæ ex singulis horũ elici
endæ rationem, quæ dum illa desyderantur,
possit esse vsui. Ne addam interim, aquas id
genus esse nobis ad manũ magis vrgẽte ne-
cessitate, quã sint eorundẽ simpliciũ medica
mentorũ decocta siue diluta. Nõ iuero tamẽ
inficias interim, quin eorundẽ medicamẽto
rũ lachryma, succus, liquor, et si qua sint alia
eiusdẽ cũ his generis, maioris iudicẽtur plę-
risꝗ in rebus efficacię mihi q̃ sint aquę destil
latę, At dicere confestim esse ipsas ob id in-
utiles prorsus, nulla videtur subesse rõ mihi.
 Verum

Verum vt cõmodius quod instat agamus, non fuerit abs re præmonuisse, quid iis, qui de simplicibus medicamentis omnium primo scripsere sint proprie δάκρυον siue lachryma, quid ὀπός siue liquor, quid χύλος .i. succus. Demum quid sint tum ἀπότεμα tum ἀπόβρεγμα. Latini hoc dilutum, Illud autẽ decoctum dicunt. Quũ enim hęc apud Theophrastum, Dioscoridem, Galenum, Æginetam, cæterosq; similes rei medicæ scriptores sint passim obuia, non sine caussa, quid ipsis proprie significent, accuratius, exactiusq; loquentibus, præmonendum. Primum igitur est, δάκρυον siue lachryma, & est id, quod sponte ac vltro ex arboribus, plantis, aut herbis emanat. Vt enim lachrymæ ex oculis nostris nihil læsis profluere conspiciuntur. Sic etiam emanans ex arboribus, similibusq; gummi, nihil humana iniuria læsis, δάκρυον Gręci dixere. At si lædãtur, profluens humor, non δάκρυον, sed ὀπός dicitur. Qui enim ex secta, diuisave seu arbore seu planta, similive profluxerit succus, hic ὀπός scriptoribus fere dicitur, distinctius, castiusq; scribentibus. Atq; his ipsis, qui ex contusis, contritisve plantis, herbis, aut seminibus

us colligitur liquor, χυλὸς dicitur, Latini
uccum vocant. His accedunt in frequenti
pud Medicos vſu, nec facultate diuerſa a
nodo dictis, ἀπότεμα & ἀπόβρεγμα Dioſco
idi, Galeno, mediciſq; cæteris perquã fami
iaria vocabula. Latini hoc dilutum, illud
utem decoctum appellant. Porro quid ſit
vulgo medicis decoctum, neminem fugere
xiſtimo, qui vel minimum ſit in operibus
rtis exercitatus. Quum enim ſeu herba ſeu
radix, ſeu aliud ſimile, in liquore quopiam
decoquitur, quod a facta decoctione relin-
quitur liquoris, decoctum eſt ſicuti dilutum
aqua ſiue humor, in quo ad tempus quidpiã
maduerit. Iam eſt decoctum, quã ipſum ſit
dilutum, efficacius. Porro decocto ipſo cen
ſenda eſt, ſi quid iudico, efficacior (ſaltẽ non
inferior) aqua, ex herba quapiam, ſimilive
medicamento ſimplici, per ignem arte ex-
tracta, atq; ita mediæ cuiuſdam facultatis,
inter χυλὸν ſiue ſuccum, & ἀπότεμα, id eſt,
decoctum, qđ, quẽadmodum in ſucco plus
admiſcetur de ſubſtantia ipſius herbæ, plan
tæve, e qua extrahitur. Sic minus eſt cõmi-
xta extrinſecis aliis, aqua per campanã de-
ſtillatoriam elicita, q̃ ſit decoctum, vt quod

ſine liquore externo fieri nō poteſt. Ne interim referã, aquas eiuſmodi deſtillatas, & ſubſtantia, q̃ ſint decocta, eſſe tenuiores, diſtributiꝗ per corpus, & faciliores, & ſapore gratiores, atq; his de cauſſis ipſi etiã naturæ noſtræ acceptiores. Quod nō minus vtiliter q̃ ingenioſe animaduertẽtes Medici poſteriores, rerũ ſagaciſſimi indagatores, cupienteſq; modis oĩbus conformare ſe oĩm naturæ, quin reluctantẽ renitentẽq; naturã humanã ceu blandimentis quibuſdã allicere, vt quæ fere auerſatur medicamenta, ſi non cupide, ſaltem minus grauatim amplecteretur, excogitarunt inter cætera deſtillandi aquas huiuſcemodi rationẽ, quas tandẽ noſtræ ætatis Medici quidam cœpere paucis abhinc annis explodere, extinguẽdo tantũ incendio aptas, ſicubi ortũ ſit, prædicantes. Effutiunt hęc illi, militariter quidẽ & conſtanter, ſed nulla cũ ratione veriſimili, nedũ efficaci ac conuincẽti. Quo enim ducũtur argumento, adeo eſt meo iudicio futile, vt mirũ ſit viros eruditos alioqui & catos inq; paleſtra philoſophica cũ primis exercitatos leui, ne dicã, futili vſq; adeo ratiocinatiõe capi, falliq;. Eſt aũt ea huiuſmodi. Accipiatur

nquiunt, pomi colocynthidos certa portio quę aqua ad tẽpus maceretur, demũ abiicia tur. Huius ἀποβρέγματος siue diluti certa dicunt quãtitas, certũve pondus, vtpote vnciæ duę siue tres, plus aluũ subducẽt q̃ eiusdẽ pomi igne per campanã destillatoriam extracta aqua quibit, etiãsi propinetur ex ea portio duplo q̃ fuerat diluti, aut etiã triplo maior. Ex quo volunt certo doceri dilutũ, nedũ decoctũ aqua destillata esse efficacius Cui nõ prima mox facie ratiocinatio hęc iudicetur efficax admodũ ac plane cõuincẽs? At eadẽ inspecta propius, expensaq; diligẽtius, cõperietur confestim perq̃ diluta, frigidaq;. Siquidẽ plurimũ interest simplices ne & elemẽtares simpliciũ medicamentorum facultates expendas, an eas, quæ specificæ dicuntur. Hinc inconcinna, ne dicã inepta est ratiocinatio hęc. Aqua (quã vocant) destillata, non æque soluit, ac decoctum, aut etiam dilutum, venit igitur vt inutilis abiicienda, eq; medicamentorum albo amouenda. Cui non ridicula iudicetur id genus argumẽtatio? quæ cõtra efficax admodũ fuerit sic instituta. Aqua destillata nec soluit

vt sim-

vt ſimplex medicamentum e quo elicitur, nec vt illud aut calefacit, aut frigefacit, humectat, aut ſiccat, nec aperit, aut obſtruit, rarefacit aut denſat, ſimileſve tum primarum tum ſecundarum qualitatum operationes efficit, æque ac medicamentū ſimplex, Hinc ceu inutilis, nullic rei prӕterquã extinguendo incendio idonea, meretur ex omni medicamentorum exulare albo. At vt iſti ratiocinantur, cui non merito iudicentur ridiculi? Intybi ſiue Endiuiӕ dictӕ herbӕ facultas cōperitur omnibus tum refrigeratoria tum exiccatoria, & nōne deſtillata ex ipſa aqua cōperitur quotidiano vſu, iiſdem prӕdita eſſe facultatibus? Neminem exiſtimo ex iſtis vſqueadeo impudentem, quantumuis ſint addicti opinionibus ſuis, vt hoc poſſit inficiari. Sic viciſſim roriſmarini herbӕ facultas eſt calefacere & ſiccare, id quod cōpertius eſt, q̄ vt admoneri a me debeat, Et deſtillatam ex hac aquam negabit quiſpiã idē poſſe? Mihi non fit veriſimile, niſi ſit fortaſſis ex illorum numero vnus, qui ad naturӕ ſenſum obſtupeſcentes, audent aſſerere cū Anaxagora, niuem non eſſe candidam. Porro aquam deſtillatam non ӕque ac decoctū

aut

ut etiam dilutum ſoluere aluum, vt nemo
negauerit, ita nec mirabitur magnope, vbi
exactius cauſſam eius inueſtigauerit expen-
deritq;, cur videlicet dilutum ipſum, non
æque ac ſimplex quoduis pharmacum, al-
uum ducat. Nam quotidiana docet experi-
entia, Medicorumq; teſtantur decreta ſiue
dogmata, Aloes, Rhei barbarici, ſimiliſve
cuiuslibet pharmaci ciendæ alui facultatē
habentis, aliam totius ipſius quantitatē ex-
hibendam, aliam eiuſdem tum diluti, tū de-
cocti. Quid dicent hi eſſe cauſſæ? an ne, qđ
minus in his, diluto videlicet ac decocto, de
pharmaci ipſius cōmiſceatur ſubſtātia? cui
tamen ſoli debet facultatem ſuam ſolutiuā,
q̄ ſi integrū ipſum detur? Sic (verbi cauſſa)
drachma vna rhei barbarici, aluum in hoc
aut illo affatim ducit, at eadem ſi aqua dilua
tur, macereturve, ac dilutum hoc, quod in-
fuſionem dicunt vulgo Medici, eidem pro-
pinetur, haudquaquam efficaciter æque al-
uum ducet, non raro autem nihil prorſus ef-
ficiet. Et ſi ex eodem pharmaco per campa
nam deſtillatoriam eliciatur aqua, deſydera
bis in hac ſoluendi aluum efficacem æque
vim? ac ſi ipſummet detur in ſubſtantia ſua?

aut

aut huius etiam detur dilutum, cui plurimi substantię ipsius medicamenti fuerit admixtũ? Mihi hoc eius non videtur officiũ, qui recta ratione singula expendit, nõ magis q̃ si postulet, vt quæuis ignis portio vrat, aut magnetis quantitas quęuis ferrũ, aut etiam succini, paleã trahat. Certa enim Galenica hypothesis, ac satis superq; passim demõstrata, videlicet nõ quoduis, quiduis mox posse atq; ita licet Heraclius lapis ferrũ attrahat, succinũ autẽ, paleam, Aloe humorẽ biliosum, ac pituitosum, Nõ mox sequitur ob id, quauis propinatũ quãtitate hoc ipsum posse. Iam quũ ignis, tẽperamento suo agentis facultas non sit vt quauis quantitate vrat, quãto magis eorũ desyderabitur certa quantitas, quę non qualitate, sed tota agunt substantia, aut forma, vt loquuntur specifica? Hac de caussa esto exhibeatur aloes drachma integra, aut etiã portio maior, nec tamen soluat aluũ, num eadẽ negabitur mox calefacere, eo q aluum nõ subduxerit? Verisimile nõ est. Sic similiter esto, quod videm⁹ frequẽter vsuvenire vt rheibarbarici exhibitæ drachmæ duæ aluum nõ subducãt, ergo eædẽ nec calefaciẽt? quũq; specifica sua

forma

forma nihil efficiant nec qualitate ſua agere aut dicẽtur, aut etiã credentur? Nemo hoc dixerit ſcio, nõ prorſus κυνῶπης vt homeri co vtar verbo, aut vitilitigator, vt catonia no. Quũ igitur, nec hoc, nec illud pharma cum alui ducendę habeat facultatem, eo ꝙ ſit aut calidum, aut frigidum, humidum vel ſiccum, vt eſt oĩm Medicorum vnanimis ſentẽtia. Sed quod ſit tale .i. eiuſmodi vim habeat a tota ſua ſubſtantia ſiue forma ſpecifica, nõ continuo collegerit quiſpiam efficaciter ſaltẽ concludendo, aquã e colocynthide aut oleaſtello elicitã, nõ calefacere, eo ꝙ aluum nõ ſubducat. Multo autẽ minus hãc ob cauſſam ceu inutilem ac vanã, abiiciendam, ſiue enim aqua huiuſcemodi aluum ducat, ſiue nõ, non poteſt non a calido extracta medicamẽto, vtpote calidę tẽperaturę & ipſa, calefacere, a frigido autẽ, frigefacere. Nullo itaq; pacto criminãdę aquę deſtillatę ceu inutiles pharmacorũq; albo indignę, quod nõ ſoluãt, extractę ex medicamẽtis, qbus eſt ciẽdę alui facultas, ſiue enim aluũ moueãt, ſiue nõ, aquę id genus, nõ poſſunt nõ calidæ tẽperaturæ calefacere, frigidæ cõtra frigefacere. Nequaq̃ igitur explo-

dendæ

dendæ, at certo credendum, vt ipsa etiam testatur quotidiana experientia, simplicium suorum seruare ipsas temperamentum. Sic igitur aqua Oxylapathi siue oxalidos frigida est, eo quod ipsum oxylapathon temperamenti est frigidi. Sic e diuerso aqua destillata ex maiorana, aut lauendula dicta herba, quam ego eandem cum spica gallica existimarim, certo credenda est. quemadmodum & herba ipsa, facultatis esse calidæ. Docet hoc verum præter certam experientiā, rerū omnium magistram ipse etiam compertus in hac odor, qui si quando sapor desit non minimum est temperamenti ipsius argumētum. Quum enim pleræque quibus vulgo vtimur herbæ sint tantum non ἄποιαι, solus in aquis ipsarum repertus odor, si quis sit, fuerit magnum satis indicium, eiusdem cū suis herbis esse ipsas aquas temperamēti, modo verum sit quod scribit Galenus, videlicet ex odore, quēadmodum & sapore licet non efficaciter æque, discerni atque diiudicari simplicis cuiusque pharmaci temperamentū, facultatemve. Vt igitur thymum, rorenmarinum, lauendulam, similesque herbas ostendit odoratus facultate esse calidas, sic earun

dem

dem aquas eiusdem arguet necessario facul tatis, vt quibus nihil reperias odoratius, ma gisue parentẽ suum referẽs. Idẽ si quid iudi co de cæteris similibus a modo dictis aquis iudiciũ. Quas autẽ modo retuli, pręter odo rẽ ipsum, nõ minus ac sunt herbę ipsæ a qui bus sunt extractę, calidas, lõga eaq; quotidi ana docet experientia. Quis enim vel medi ocriter in operibus artis exercitatus non di dicit experientia, in morbo attonito, quem Apoplexian dicunt. Paralysi, siue neruorũ resolutione, similibusue neruorum affecti bus aquam lauendulæ, Maioranæ, Thymi, necnon Ælelisphaci, id est, Salutæ, caleface re, si ipsis confricentur nucha, ac capitis, col liq; partes, demum membra affecta. Nec tã tum calefacere, verumetiam hanc plus, illã minus tum calefacere, tum roborare mẽbrũ læsum, pro herbæ videlicet, a qua fuerint extractæ, natura. Iã si nemo est, qui hoc pos sit inficiari, eadem si quid iudico opera con fitebitur aquas destillatas esse eiusdem cũ suis herbis temperamenti, hoc est, similiter illis tum calefacere, refrigerareue, tum hu mectare siccareue. Porro agnoscens in his elementorum temperamentũ, cogetur mox

 ni fal-

ni fallor, simul tum agnoscere tum recipere effectus cæteros ad certum in quaque herba temperamentum relatos, verbi gratia. Calidi est extenuare, rarefacere, aperire, digerere, similesque producere effectus, qui attribuuntur similiter herbis tēperamento calidis, licet huic magis, illi minus, pro videlicet temperamēti ratione. Est igitur rationi quā maxime consonum, earundem facultatum esse & aquas ex herbis ipsis destillatas. Quid verbis opus? certissimo certius, necessarium esse vt qui temperamentum admittit, admittat & cæteros, qui ad temperamentū referuntur affectus. At præditum esse facultate, qua hoc aluum ducit, illud vomitū cit. Rursus hoc bilem vel flauam vel atram detrahit, hoc pituitam, ad pharmaci ipsius temperaturā referendum nō est. Non, inquā quia calidum aut frigidum, ducit vel pituitā vel bilem, seu alium denique humorē quēuis, argumento est, quod tam frigidum, q̄ calidum, pituitam vacuet, sicuti tam calidum, q̄ frigidum bilem. Non igitur temperamento acceptum referendum est, quod vel aluum vel vomitum quidpiam cit, sed toti ipsius substantiæ, siue formæ, quam vocant, specificæ

ficæ. Neq; est si quid iudico aliud, quod innuit Galenus scribens in hæc verba. Posteaquam attractiones substantiarũ fieri similitudine ostendimus similitudinẽ quandam inesse verisq; substantiis, & eius videlicet quod purgat, & eius quod purgatur, necesse est. Porro quum quod purgatur pituita est, quod trahit pituitosũ sit oportet &c. Hæc Galenus, qui scribens inter attractum vtputa humorem, & ipsum attrahens, videlicet medicamentum, esse similitudinẽ atq; conuenientiam, non in qualitatibus primis caliditate videlicet, aut frigiditate, humiditate aut siccitate, sed substãtia, idipsum mea sententia innuit, quod postea prodidit Ioannes Mesuæus, non quidem verbis iisdem, sed sensu haudquaquam diuerso, dum scribit medicinam laxatiuam ac vomitiuã, non habere eam facultatem a virtute (vt loquitur) elementari, sed cœlesti. Dotatur siquidem omne ex philosophorũ sententia dupli ci facultate, altera cõmuni, altera propria. Sic igitur calefacit ac frigefacit quicquid calidum est, aut frigidum. At aluum non cit, aut vomitum, quod sit aut calidum aut fri-

gidum, ſed cœleſti ſic virtute dotatum, regulante eo modo ipſius mixtionem. Porro idem quod hic Meſuæus, apertiſſime eloquitur, idem Galenus cõpluribus locis aliis ac potiſſimum ſexto ſimplicium, vbi vult eas facultates, quæ ſunt in calefaciendo, frigefaciendo, humectando, ſiccandoq; aliis methodis q̃ ſola experientia reperiri, ratione videlicet, ſicuti eas quæ ſecundum totius ſubſtantiæ proprietatem perficiuntur ſola experientia; hmõi autem ſunt deleteriæ, & deleteriarum alexiteriæ, & purgatoriæ. Nam has ex ratione inuenire eſt impoſſibile præterquam quod in quibuſdam ſuſpitionem duntaxat, probabilem inuenire liceat. Eadem eſt Æginetæ ſententia, vt maniſeſtiſſime indicant hæc viri verba. Οτι μὲν τὰ καθαρτικὰ τῶν φαρμάκων οὐχ ἁπλῇ τινι κενοῖ κράσει οἷον θερμότητι (ἔδει γὰρ πάντα τὰ θερμὰ κινοῦν οἷον πέπερι) ἀλλ' ἰδιότητι τῆς ὅλης οὐσίας. ὃν τρόπον ἡ μαγνῆτις λίθος. ἕλκει τὸν σίδηρον δέδεικται. Quę verba hũc in modũ reddidit latine noſter Guinterius. Sciendũ vero eſt, medicamenta ea non ſimplici quodam temperamento (verbi gratia) caliditate purgare, (omnia ſiquidem calida quale

piper

piper eſt, vacuationem molirentur) verum
otius ſubſtantiæ proprietate, quomodo la-
pis magnes ferrum attrahere demonſtratus
ſt. Cæterum vt hæc facultas ineſt medica-
mentis a tota ſubſtantia, ſiue forma ſpecifi-
a, nec refertur accepta qualitatibus primis
aliditati, frigiditati, humiditati, ſiccitati.
ta ineſt iiſdem alia quædam facultas dicta
ecunda, ex prima ortum habens. Sed non
ſt hæc omnibus eadem, aſt aliis alia, vt ſci
cet in quoq; ipſorum conuenerunt in mi-
tionem qualitates primæ. Sic igitur vt ſcri
it Galenus, hoc euaſit laxatorium, hoc in-
enſorium, aliud emolliens, aliud indurans,
ut rarefaciẽs, aut condenſans. Tum ex ope
ibus, quæ ædere nata ſunt, facultates habe-
e in ſe dicta ſunt rarefaciendi, extergendi,
xtenuandi, dolores ſedandi, digerendi per
alitum, ſudoris prouocandi, ſoporis conci-
andi, ſimileſq; operationes alias producen
i, quæ quoniam a primis dependent, certũ
ſt ineſſe ſimiliter aquis deſtillatis. Non vi-
etur tamen hic abhorrere a vero mihi, aut
tiam alienum a ratione, fateri ex id genus
cultatibus, alias ineſſe efficaciores aquis
ſis deſtillatis, q̃ earundem herbis, alias con

tra herbis, q̃ ipſis aquis, pro ratiõe videlicet ſubſtantiæ ipſorum ſimpliciũ medicamentorũ, proq; mixtione primorum elementorũ in ipſis ſimplicibus, qua non modo diuerſa inter ſe medicamenta, verumetiam ſimplex idem medicamentũ, ad ſenſum, natura tamẽ compoſitũ, cuiuſmodi fere omne eſt medicamentũ, varias, eaſq; perq̃ inter ſe diuerſas continet facultates, diuerſaſq; producit actiones, nempe excernendi & ſiſtendi, incraſſandi & extenuandi, rarefaciendi & cõdenſandi, illinendi atq; abſtergẽdi, tendendi & laxandi &c. Iam quibus eſt ſubſtantia tenuis, facultaſq; extenuandi, horũ aquas, dixerim efficaciores. Hinc etiã facultatẽ rarefaciendi, prouocandi ſudoris, extergendi, digerendi per halitũ, extenuandi, farctu liberandi, veriſimile eſt tanto efficaciorẽ ineſſe aquis deſtillatis q̃ ſint earundẽ herbis, quanto ſunt ſubſtãtia tenuiori. At condenſandi, cõtrahendi, incraſſandi, concoquẽdi, puris mouendi &c. Herbis ipſis, q̃ aquis, vtpote ſubſtantia craſſioribus, quę ad id genus producendos effectus plurimũ facit. Eſſe autẽ aquas ipſas caloris atq; ignis vi extractas, eo ipſo, a quo extrahuntur, tenuioris ſubſtãtię, notius eſt, q̃ vt referri, aut pluribus etiã do-

teri a me debeat. Ceterũ illud, vt eius cõmo nefia. Lector dignius existimo, quod scripsit quodã loco Galenus, videlicet facultatẽ purgatoriã, quã oẽs in ore habent, duo significare, alterum cõmune oĩm, quę quouis modo, animalis excremẽta expurgãt, alterum vero, quod per excellentiã de iis tantũmodo dicitur, quę aut per vomitũ, aut per ventris deiectionẽ purgãt. Priori autem modo purgant, quęcunq; trahendi facultatẽ possident, quã qualitatũ inter se temperamento referas nõ iniuria acceptam. Huius generis sunt errhina, & apophlegmatizonta, sic dicta medicamẽta, quod illa naribus infusa caput purgant. Hæc autẽ ore colluta, aut dẽtibus mansa. Eadẽ est (ni fallor) ratio eorum, quæ bechica dicta, ex pectore pulmoneq; eiiciendis excreationibus, auxiliantur. Vretica, vrinã ciẽtia. At posteriori modo nõ purgãt nisi ea, quę habẽt vim attractricẽ familiariũ succorũ quã testatur passim Galenus, nõ nisi trahendorũ familiaritate attractiones suas perficere, idq; tota sua substãtia, siue forma specifica, non autem temperamento. Hasce igitur ob caussas, et si quę sint his similes, mirũ videri nulli debet, aquas destillatas, non

 simi

ſimiliter ac pharmaca ipſa ſimplicia, poſſidere eam facultatem quæ non niſi toti debetur ſubſtantiæ, ſiue formæ ſpecificæ, videlicet ſolutiuam. At explodere confeſtim, lapidareq; ob id aquas omnes deſtillatas ceu extinguendo tantum incendio, ſicubi exortum ſit, aptas, eorum iudicatur eſſe mihi, qui rerum naturã exactius non expendunt. Alioqui doceant hi ſi poſſint, operibus, nec tantum inanibus verbis, fomentum factum aquis facultate calidis vtpote thymi, maioranæ, roriſmarini, hiſq; ſimilium non calfacere, contra frigidis vt oxylapathi, cichorij, nympheæ, quã nenufar dicunt, non frigefacere. Porro ſi prima hęc facultas ineſt aquis deſtillatis manifeſtior, q̃ vt negari ab vllo iſtorum poſſit, quantumuis ſint acerbi atq; infeſti ipſarum hoſtes, qua ratione ſecundę adde etiã tertiæ facultates aquis iiſdem non tribuentur? vt quæ elementorum, ſiue qualitatum mixturis referuntur acceptæ? At ſpoliari eaſdem, vel in totũ, vel maiori ex parte vi illa purgatoria, quæ a tota fit ſubſtantia, familiariumq; attractione, nec mirũ eſt, vt quę pharmacorũ tẽperamentis nõ debetur, nec arguit hæc aquas deſtillatas ceu inutiles

s eiiciendas explodendasq; e pharmacorũ
bo, Sed de his nimis iam multa vir erudi-
ſſime. Non potui tamen non proferre hic
nimi mei ſententiã, docereq; q̃ mihi ſaltem
ıdicẽtur futilia argumẽta eorum, quos ha-
tenus audiui fortiter magis q̃ prudẽter cõ-
emnere, quibus vulgo vtimur, aquas deſtil
ıtas. Cæterum nolim intelligantur hæc ita
me dicta, quaſi aſſerã atq; innuã aquis hi-
ce, q̃ aut herbis ipſis, aut herbarum deco-
tis vtendum magis. Nihil enim minus aut
pſe ago, aut aliis etiã, vt faciant perſuaſum
upio, ſed tantum conatus hic ſum pro viri-
i diluere argumenta eorum, qui aſſidue ac
erq̃ odioſe occinunt nobis cantionẽ eã de
quis deſtillatis. Neq; hoc, alio feci animo,
q̃ vt proferant aliquando aquarum id gen⁹
ſores, argumẽta, q̃ hæc ſint efficaciora vr-
gentioraq;, ſi euincẽtia oĩno non poſſint.
Quorũ partes quũ tu nõ inſtrenue cœperis
gere, perges, ſi ita videatur tibi, non minus
ortiter defendere. Nõ enim fugit me quid
oſſis, modo velis, ea eſt tibi ingenij fœlici-
tas, ſed quũ iã epiſtolę modũ exceſſerim, tẽ-
pus eſt vt finẽ faciã. Vale, Verię Cal. April.
Anno a Chriſto nato. 1536.

PETRVS

MORBECANVS MEDIcus Antuerpianus, Huberto Barlando Philiatrio, Medicinę doctori clarissimo, domini Principis Veriensis physico. S. D. P.



Vemadmodum inter studiosos fieri solet, & sciētiæ veritatis perscrutatores. Qui vero absque diligenti nihil exactove examine testātur vel iudicant, condemnātque aut conseruāt. Itaque sæpius nobis in exterraneis patriis agētibus, ac regionibus peregrinis, est oblata familiariū disceptatiuncularū scientiæ philosophicæ & medicæ, præcipue monspessuli occasio liberrima. Hincinde illa tua scribendi, corrigendi, informandique, suboritur humana liberalitas, actorum scolarium non immemor. Et si aliquando ex industria nostra vel simplicius, vel astutius, mutua argumenta tum philosophica, tum medica decreuerimus, atque cōfirmauerimus Non tamen adeo insanus nec attonitus animus,

nus,qui tecum hęc consentiat, aut qui modum hūc destillandi proprorsus reprobare velit. Cuius tu quidē nihil hactenus dissimulans sedulo vel literis prodis, vel ædis serio, quę postca cōmuni studiosorū collegio forent vtilia. Nō enim huiuscemodi ansam disstandi pręberi quandoq; nihilifacio profecto, qua plures instaurantur atq; adornētur. Veluti probi medici (aliquādo propriā culpam familiarius profiteri) est, in cōmunium eruditionē. Quid hoc tum doctius, tum cōmunius, familiariusve fieri queat, q̄ mutua dictata, vel experimēta diligenter recitare, discutere, animaduertere, ad amussimq; per pendere, atq; humilius ea castigare, aut vel clariora reddere, vbivbi operępretiū fuerit Sic vero vnicuique indulgendum censeo, cum hac docendi beneuolentia vel scribit vel dictitat. Nihilo minus tamen magnā vocor in admirationem te intelligere posse animū, ac interpretari ex mutuis olim habitis literarum decertamentis, quorum hactenus nihil penitus commendatum fuit calamo, quo conclusionem stabiliissem, vel quo aduersus me testari potuisses. Me non latere certo scito, quam magna sit, tum

liquo

liquorũ lachrymalium, tum ſuccorum, tum conſiſtentię ſolidæ conſtantiorisq́;, tum infuſi medicaminis ſiue diluti, tum decocti, tum liquoris deſtillati per artem differentia. Cuius vſus valde eſt domeſticus ac cõmunis, & plus ſatis, apud ægrotantes, Inter quę medicamenta liquorum lachrymalium virtute ac efficacia præpollent, ſingulorũ proprietate ac efficacia bene conſiderata, atq́; æquabili ratione penſiculata, veluti euphorbij liquor, papaueris ſylueſtris, ſcãmoniæ, lactucę ſylueſtris, peucedani, cedri, fœniculi, aloes, galbani, guttæ ammoniacæ, mandragoræ (qui ignauior ſucco eſt.) Nam hi puriſſimi ſunt, ſyncerißimive, omnis rei extrinſecæ expertes, tum maturiores. Secundum locum obtinẽt ſucci vt fœniculi, capitulorũ papaueris ſylueſtris, & eiuſdem foliorum, mandragoræ (ex cortice radicis adhuc virentis) & ex pomis (qui quidem eſt inutilior), foliorum cucumeris ſylueſtris, & radicis, & corticis eius, et fructuum, colocynthidis, peucedani, lactucæ agreſtis, & ſimilium Hi vero ſucci inferioris ſunt facultatis ipſis lachrymalibus liquoribus. Quia ſunt impuriores grummoſioreſq́;, atq́; exprimuntur e

cau-

aulibus, foliis, radicibus, corticibus, fructi-
us, floribꝰ, seminibus adhuc virẽtibus, atq;
quosioribus. Nam lachrymales liquores su
pte natura destillant vel absq; immodico
uamine. Sunt proinde succi & in primis li
quores pleniores & efficaciores omniũ sub
equentium medicamentorum facultatibus
am simplicium, q̃ complicatorum. Quia ho
um liquida substantia acrioris, perfectio-
is, & excellentioris est saporis, & odoris,
c magis gustum vel olfactum afficit, eapro
pter clariores & celeriores effectus produ-
it. Probe enim hac nostra tempestate a mo
dernis medicis cõprobatur rob (hoc est suc
cum siccatum) magis concoquere, q̃ syrupũ
Quum autem succus maioris fuerit acrimo
niæ vel acuitatis, q̃ decoctum. Sed nos ad
nos deduxit, tanquam delectabiliores vel
suauiores illa blanda & mollis consuetudo
ac ignaua, præcipue quum morbo quis ca-
lido affectus fuerit, quia facilius (vt sentiũt)
alterant aquarum destillatarum modo. Me
dicamentum profecto solidæ & firmioris
substantiæ, parum a præuiis distans præfer-
tur infuso vel diluto, & decocto, & destilla
tis liquoribus. Quoniam substantialis speci
ficave

ficave forma atq; aliæ virtutes tenacius in-
hærent,atq; difficulter euanescunt, vtpote
pilularum,confectionum,electuariorũ, tro-
ciscorum,collyriorum, puluerum tam con-
fortantium,q̃ laxantium. Tametsi aliquãdo
medicos ex pilulis deglutitis vel optimo
reubarbaro bene contrito, manducato fru-
strari magis perceperimus, q̃ si eiusdem dilu
tum vel decoctum exhausissent ægrotãtes.
Hoc quidem aridæ naturæ hominibus, aut
fecibus induratis,aut aliter ventriculo affe-
cto vsuuenire solet. Tunc magis eiuscemo-
di medicamentum astringit,vel tormina cõ
mouet, atq; dolores. Humidis vero homi-
nibus vel humectatis aluũ subducet, simili-
ter radicis polipodij siccatæ, & in farinam
contritæ, cõmixtæq; aquæ mulsæ (vt apud
Dioscoridem)cõmodius(inquam) diluta ip
sa radice decoctave. Quia plus terreæ sub-
stantiæ cum integra forma contineat. Medi
camentũ infusum dilutũve certũ tẽpus,suo
iusto liquori,postea bene expressum gratiꝰ
quidẽ palatis est,atq; visui,quia minus grũ-
mosum, minor igitur virtus in huius diluti
emulctione viget,sic vt mollior & debilior
sit operatio. Magis interim ventrem soluit
dilu

ilutum q̃ decoctum. Quia decoctum non
t ſine perceptibili ſuæ qualitatis vel pro-
rietatis immutatione. Nobilior enim eius
ubſtantia per euaporationes vel exhalatio-
es cõtinuas euaneſcit, vel remittitur. Deco
tum ſane tutius atq; celerius perſanat, q̃q̃
on adeo iucunde, atq; liquor ille deſtillat⁹,
uã clariſſimus, puriſſimuſq;, atq; e campa-
ulis elicitus deſtillatoriis non (dicam) ſtan
eis, at plumbeis, quorum vtraq; (proh do-
or) eſt deteſtabilis & abominabilis, quãuis
ſtanneum præferretur. Quã ob cauſſam nõ
mmerito hunc deſtillandi modum magno-
pere formido, ſuſpicorq; omnibus plus ſa-
is cõmunem ac vulgarẽ. Quum enim Di-
oſcorides elegantiſſimum atq; doctiſſimum
medicamẽtorum ſimplicium cõpoſitorũq;
præſcripſerit ordinẽ, tam ſiccorum, q̃ liqui-
dorũ conſeruandorũ a ſitu & corruptione.
Vbi, inquit, medicamẽtis liquidis iam præ-
paratis, vel coctis magis ad ſaporis vſum, et
commodum cõgruere vaſcula ex materia
denſa, qualia ſunt argentea, vitrea, vel cor-
nea, vel etiam teſtacea ex mari (modo non
ſint raræ ſubſtantiæ), & lignea modo e
buxo conſtructa fuerint.

Quanto

Quanto vero minus hos liquores destilla
tos seruare & vti iuuabit per euaporatio
nes & exhalationes elicitos ardentibus &
viuis carbunculis ex his campanulis, si int
rea vitreis aut fictilibus. Porro vbi iam ig
nis ardentissimus continue fouetur, id cer
te non fit absq; vehementi & suspecta alte
ratione. Quum enim hic immutet materi
plumbeam, qua vniuersim candefacta a
feruida liquescunt flores, folia, & quęcunq;
odorata, quę ne inficiantur metuo. Hinc e
munctis bene subolere posset naribus huius
liquoris vigor, tum a doctis atque expertis
contemplari atq; decerni. Voluit prætere
Dioscorides herbarum & rerũ medicinaliũ
virium cognoscendarũ facile Princeps (te-
ste Galeno) & rectissime quidẽ adipes me-
dullasq; omnes stanneis vasculis non plum
beis seruari. Confectiones autem medica-
mentorum liquidorum oculorum ex aceto
piceve liquida, aut cedrino liquore æneis
vasculis. Oĩa fruticosa vero, vt absinthiũ,
polium, abrotanum, hyssopus, rutha aliaq;
his similia suis seminibus crescentia & præ-
gnantia legenda sunt, flores anteaquam de-
cidant, fructus quum maturi, semina quum

siccari

ſiccari incœperint & antequam dilabantur Radices vero colliguntur, & earum ſucci, & cortices incipiente in plantis illis foliorũ defluuio. Et ſeruantur hæc omnia, & exiccantur in locis puris ſine humoribus, luto (ſi opus ſit) prius abluto. Seruandi itidẽ flores & quæcunq; odorata ſunt tiliagineis ſcriniolis humorem non imbibentibus, aliquando chartulis inuolutis ad ſeminũ conſeruationem. Quare inter omnes ordinum obſeruationes probato habemus pro more, & multum profecto laudabili, quod decocta fiant in nouis & mundis fictilibus.

Quare igitur meo iudicio rectior fieret deſtillatio & probabilior in campanulis ſimilibus, aut vitreis. Rurſus non ſunt tantæ efficaciæ huiuſcemodi deſtillationes artificioſæ, atque ingenioſæ, quantæ infuſa dilutave, & decocta, quia ſubſtantiæ his plus & maturioris medicamenti immiſcetur, & iiſdẽ diuerſæ facultates poſſunt ineſſe, quæ ad diuerſas paſſiones accommodantur, vt in morbis complicatis. Liquores etiã diſtillati citius ſaporem & odorem parentũ amittunt, vel commutant. Nam mox raræ ſub-

ſtantiæ vires efflantur, tum arte diſtillatoria tum crebri agitatione, quum ex iis propinemus vaſcula ſæpius recludentes. Hincinde ignauiores redduntur atq; inutiliores, vtpote clare percipimus in vino efflato, quod tandem ante annum elapſum aceſcat. Sed quo huiuſcemodi aquæ diſtillatæ propius naturam accedant temperatam, vel medicaminis frigidi & humidi, vel frigidi & ſicci, paulo eo minus febrili inſeruient incendio, vel adaptabuntur. Non enim mirum ſi id fieret quandoq; in aquis deſtillatis aliarum facultatum, vt in vino videmus prohibito extreme febricitantibus. Quod temporis ſucceſſu virtute efflata allicit, aſſumitq; aliam formam, ſcilicet aceti, quod iam induſtria docti phyſici aptatum congruit q̄ optime febrili incendio affecto. Nam corruptio vnius (vt inquit Ariſtoteles) eſt alterius generatio. Proinde oēs huiuſcemodi aquas vltra iuſtum tempus ſeruatas, aptas huiuſcemodi incendio non omnino (vt̄ opinor) a veri ſcopo aberrauerimus. Cur queſo dicū-tur aquæ diſtillatæ (& non abs re) quia aliquando aquæ ſaporem reddunt vel inutiliorem

orem & ignauiorem. Cui ergo dubium qua
uor ſeminum frigidorum maiorum deco-
ctum non præſtare efficaciorem, ac plenio-
rem operationem, q̃ hæc liquorum ſimiliũ
diſtillatio. Aut vel decoctum ruthę, vel hyſ
ſopi (quam eiuſcemodi liquor), præcipue iã
mature collectæ, atq; ſiccatæ, cum non tan-
ta polleat virtute adhuc virens, vel vernãs,
iam apta, & commodata, & quęcunq; ſimi-
lis incendio (vt inquam) diſtillatorio. Hos
vero liquores deſtillatos non inutiles, immo
vtiliſſimos cenſeo, quia clari, tenues, & de-
lectabiles, & guſtui grati, & olfactui accep-
tiſſimi, ideo ægrotos protinus alliciunt, in-
uitãt, tum conſolantur, tum ſanitatem pro-
mouent, tum ad alterandum malum habitũ
aptiſſimi, modo ea arte atq; opera prędocta
emanarint, defluxerintq;, conſeruantes fa-
cultatem quam a ſuo parente contraxerint.
Sub huius vero vſus vulgaris diſtillatorij
prætextu & vmbra plurimi (proh dolor)
ſunt effecti audaciores vel temerarij nimis
ad medicandum vel interimendum (potius
dixerim) titulum magiſterij profitẽtes, vnũ
aut alterum annum huius ſcientię apollinię

 ſtudio

ſtudio impenſo, tum abſq; vllo experimento corporis humani, omnium ſubſtantiæ nobiliſſimę, tum abſq; herbarũ, radicum, plantarum, arborum, foliorum, florum, ſeminum notitia, & ſimilium. Quia adeo his aquis & ſyrupis compoſitis (communibus plus ſatis) addicti mortales curant ſine vlla alia ingenioſa, vel ſubtili medicatione pluribus annis, cum maximis & eorum lamentabilibus periculis, tandem ad maius medicamentorum experimentum (hoc eſt) audaciam prouehuntur. Huc deuentum eſt hoc noſtro ſeculo, quod ferme omnes euadant medici e proprio marte edocti. Neque vllas viſerunt huius ſcientiæ academias, vel regiones, vt mortalium diſcrimina, vt illarum fructuum agnoſcant differentias. Quod vnum multũ adornat medicum, confirmat, ac fiduciam parit non modicam. Quemadmodum Græcorum vetuſtiores & modernorum aliquot fecere, ſe exercitantes diligentiſſimum medicamentis componendis, facultate deſtillatoria poſthabita. Veluti Hippocrates, Galenus, Dioſcorides, Apuleius Platonicus, Paulus Ægineta, Cornelius Celſus. Quorũ

tiam collyria diſtemperantur, vel ſuccis, el vino, vel aquis pluuiatilibus. Ne ab his gitur degeneremus in totum, pro viribus igiter conemur eligere meliora. Hæc ſunt & ſimilia animaduertenda & penſiculanda quabili ratione pro conſiſtentiæ conditione, vel elementorum ſimul mixtorum in implicibus. Sit hic & doctiſſimis & experiſſimis viris atq; aromatariis penſitandi, cō emplandi, decernendi, corrigendiq; vel approbandi, & planius docendi ratio.

Valeto. Antuerpiæ Anno a
Chriſti natiuitate. 1536. pri-
die aſſumptionis
virginis
MARIÆ.


IO. STEEL SIVS
Concordia, res paruę crescunt.

